dominus peccatum nec est in spiritu eius
dolus Quia tacui inveteraverunt ossa
mea dum clamarem tota die Quoniam di
e ac nocte gravata est super me manus tua
conversus sum in erumpna mea dum
configitur spina Delictum meum
cognitum tibi feci et iniusticias me
as non abscondi Dixi confitebor ad
versum me iniusticiam meam domino
et tu remisisti impietatem peccati me
i Pro hac orabit ad te omnis sanctus
in tempore oportuno Verumptamen
in diluvio aquarum multarum ad
eum non approximabunt Tu es refu
gium meum a tribulatione que circu
dedit me exultatio mea erue me a cir
cumdantibus me Intellectum tibi dabo
et instruam te in via hac qua gradie
ris firmabo super te oculos meos No
lite fieri sicut equus et mulus quibus

License: public_domain – Brugge, Rijksarchief te Brugge, verzameling 'Cumulus Ecclesiasticus', nr. 599, fol. [iii]v – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-hokm/8343/64793)